

enim credo esse clypeum, quem βαρμην uocat, scutum uero quod θυρεόν. PRIMA acies hastati- erant &c. Secus de Romana militia Polybius, quam hoc loco Liuius agit de Latina, ita tamen, ut quid ille sentiat, facilius, quam quid Liuius, intelligi possit. Legionem enim quattuor millium peditum fuisse scribit. Eam uero in quattuor partes diuidit; Velites, quos ὑποσπαστάριος appellat, Hastatos, Principes, & Triarios, primos natu minimos, extremos maximos, medios inter utrosque interiectos fuisse, praeterea Triarios sexcentos, Principes, itemque Hastatos singulos mille & ducentos, Velites inde mille. Sin autem legio maior fuerit, tum praeter hastatos reliquarum trium partium numerum pro portione auctum fuisse. Hastatos praeterea in x partes distributos, ac singulis earum Centuriones duos praefecisse, itemque in Principibus, ac Triarijs. Velites porro in parte aequales diuifisse, ijsque separatim centuriones duos praefecisse, partes has αἰετῶν, τῶν μῶν, σιμείων, praefectos ταξιάρχων, κεντρούων nominat. Haec ille. Liuius autem primam aciem Hastatos facit, i. leues milites, ac scutatos, in eamque pubescentes ad militiam omnes coniecit, alteram Principes una cum scutatis, quos ante pilanos uocabant, tertiam ex xv ordinibus constituit, quorum unusquisque tres partes haberet, earum unamquamque primum pilum uocabant: ex tribus uexillis constabat, Triariorum, Rotariorum, & Accensorum. In nominibus autem, Ordo, & Manipulus, atque in summa militum ex uerbis eius concipienda, mira obscuritas est. QUATTUOR fere legiones quinis millibus peditum, & Malle legi, legiones fere quinis, non enim de numero legionum ambigit, sed de numero militum cuiusque legionis. Libro autem priore, quaternum millium & ducentorum peditum fuisse legionem scribit, & lib. xxii auctam esse usque ad quina millia, sic enim ait. Numero quoque peditum equitumque legiones auctas, millibus peditum, & centenis equitibus in singulas adiectis, ut quina millia peditum, treceni equites essent. quo ex loco apparet ante tempus illud, non nisi quaternum millium eam fuisse, quemadmodum aperte quoque ibi Polybius ait. Eadem dubitatio de equitibus incidit, quos hoc tempore trecenos uocat, cum secundo bello Punico centum adiectis primum trecenos factos esse scribat, Fortasse autem haec non ad hoc, sed ad illud tempus accommodauit. DVO primi pili, & Nomina horum centurionum omisit, Romani, & Latini. PARES ordines duxerunt, & Malim, Duxerant. HAVD procul radicibus Vesuuij montis, & Ad eandem radices castra posita fuisse scribit Valerius lib. i. cap. v. DECIO CAPUT iecinoris a familiari parte caesum haruspex ostendisse dicitur, & Festus Pestifera auspicia fuisse ait, ubi caput in iecinore non fuisset. Fuisse autem & Fissum, & caput iecoris apparet ex lib. ii. Ciceronis de Diuinatione. Fissum, inquit, familiare tractant, & uitale caput iecoris ex omni parte diligentissime considerant, Vnde Lucanus in primo Pharsaliae.

Ecce uidet capiti fibrarum increscere molem, Alterius capitis pars aegra, & marcida pendet, Pars micat. Quod autem Cicero familiare fissum, & Liuius caput a familiari parte caesum aiunt, eo pertinet, quod pars una hostis, altera familiaris dicebatur. Vnde Lucanus. Venaeque minaces Hostili de parte uidet. SI AB collega litatum est, & Vet. lib. Si ab collega prospere litatum est.

MACROBIUS lib. ii. ubi de ratione urbium, & exercituum deuouendorum agit. SIGNUM septem pedes altum, & Signum opinor uocare imaginem eius hominis, qui deuotus non est mortuus, mortem, u. eius defossione imaginis & hostiae caede repraesentari uoluerunt. ET PIACVLVM hostia caedi, & Nisi quid uitij, inest, Piaculum caedi, dixit, pro fieri. Nam paulo post ait, Marti Sue oue taurilibus piaculum fieri. SUE OUE taurilibus, & Olim Solitaurilibus legebatur. At Festus docet rationem, cur & Solitaurilia, & Sue oue taurilia defendi possint. VESCIA urbs eis receptaculum fuit, & Stephanus. Βεσκία πόλις ασόνων. Hoc dixi, quia Glareanus se nusquam alibi legisse hoc nomen ait. INTER Sinuessam Minturnasque is locus est, & Hinc Diodorus lib. xvi ait Latinos, Campanosque ad Sinuessam hoc anno uictos, uictiose pro ad Sinuessam. ἡμαρτὸς δὲ πρὸς λατίνους, καὶ καμπανίους παρακαλεσθέντων περὶ σείσων ἀπόλις ἐνί κισσαν, καὶ τῶν ἡπὲρ δέντρον μέρος τῆς χώρας ἀφείλαντο. ὁ καταρωθῶς τὴν μάχην μάλλινος ὁ ὑπατος ἐβράμβυσε.

LATIVM, Capuaque, agro multati, & Vet. lib. Latini, Capuaque. POST diem decimum Latinorum, & Vet. lib. Decimam. Latinae feriae per quattuor dies agebantur, post x diem, quam actae erant renouabatur hoc foedus. FVBRE autem mille, & sexcenti, & Ne quis de hac lectione dubitet, ita etiam in lib. uet. esse scito. T. AEMILIVS Mamercus, & Ti. Aemilius Macerinus, Diodorus & uet. lib.

Q. PVBLIVS Philo, & Publius, ut ante. AB LANUVIO, Antioque, & Lauinio, ex uet. lib. ut post dicam. QVA cupiditate offensus patribus, negantibusque, & Procul dubio legendum est, offensus patribus, praefertim cum subsequatur, Negantibusque. AEMILIVS cuius tum fasces erant, & Vet. lib. Cui ut lib. i. Brutus prior concedente collega fasces habuit, & alibi de eadem re. Penes quem summa imperij erat. DICTATVRA popularis, & Lego, Dictator popularis, nam sequitur, leges tulit, alioquin fiet, ut dicamus, Dictatura leges tulit, sic Vet. lib. MAGISTER equitum Iunius Brutus, & Hic est D. Iunius Brutus Scaeva, qui post consul erit. VT plebiscita omnes Quirites tenerent, & Contra alij, ut Plinius, Gellius, & Iuriconsulti, qui hanc legem primum latam esse a Q. Hortensio dictatore scribunt, ut post dicam in epitoma lib. xl. TERTIAM, ut alter utique ex plebe, cum eo uentum sit, ut utrumque plebeium fieri liceret, censor crearetur, & Miror non hoc loco notatum


tum esse a Glareano Liuium, qui scripserit eo uentum esse, ut utrumque censorem plebeium fieri liceret, cuius rei nihil ante meminerit. Nam de altero tantum occupato a plebe censurae loco egit. Hoc tamen si quis fecerit, iniuste faciet. legitur enim mendose in uulgatis libris, recte autem in manuscriptis sic. Cum eo uentum sit, ut utrumque plebeium consulem fieri liceret, sensus est. Ut, quoniam quod grauius erat, concessum est a patribus, utrumque consulem ex plebe fieri, concedant id etiam, quod leuius esse uideatur, ut alter utique censor ex plebe fiat. De utroque autem consule plebeio lata lex est anno CDXIII. ut ait Liuius lib. vii. extremo. L. FVRIO Camillo, C. Maenio consulibus, & Plin. lib. xxxiv. cap. v. C. Maenium cum Liuiio consules edit. Diodorus λαβιον φάριον, γάιον μάλιον. C. Maenius P. F. P. N. in Censura, & Dictatura eius Capitolina dicitur, at collega L. Furius Sp. F. M. N. Camillus, ex quo apparet errare Glareanum, qui hunc iterum consulem esse scribendum putat, quasi uero idem sit, atque ille, qui ante & consul & dictator fuit, cum ille M. F. hic Sp. F. M. N. sit hoc modo.


M. Furius Camillus. M. Furius Camillus Tr. mil. an. 354. 357. Tr. mil. an. 352. 361. 370. 372. 375. Dictator 359. 365. 367. 387. 388. M. Furius Camillus mort. in Sp. Furius Camilli dictat. L. Furius Camillus dictatoris F. damnatione patris. Liuius. F. praetor primus. 389. dict. 405. 410. col. 406. Plutarchus. L. Furius Sp. F. M. N. Camillus. col. 417. 430.

INSIGNITVS omitta res, & Vet. lib. Insignis. ARICINOS, Lanuuiosque, & Veliternos Antiatibus Volscis se coniungentes ad Asturac flumen Maenius improuiso adortus fudit, & Quemadmodum paulo ante ab Antio, Lauuiioque dixit, sic hoc loco, Aricinos, Lauuiosque, legendum puto. Me in hanc sententiam adducunt cum libri ueteres, tum maxime Capitolini lapides, in quibus hic C. Maenij triumphus his uerbis descripsit est. C. MAENIVS. P. F. P. N. COS. DE. ANTIATIBVS. AN. CDXV. LAVINIENS. VELITERNEIS. PRIDIE. K. OCTOB.

Quoniam autem in his duorum opidorum nominibus tanti errores implicant non solum Latinorum, sed etiam Graecorum auctorum, ut uix Lauuii a Lanuuiio distinguere uel diuturna attentione queas, non alienum ab hoc instituto esse duxi, notas quasdam afferre, quibus alterum ab altero prudens lector internoscere possit. Est autem illa una, quod Lauuium ab Aenea, ut omnes, Lanuuium a Diomede ut Appian. lib. ii. ait, conditum est. Altera quod Lauuium colonia, Lanuuium municipium fuisse traditur. De Lauuiio scriptum est in Epitome lib. lxx. Marius Antium, & Ariciam, & Lauuium colonias deualtauit. De Lanuuiio in oratione pro Milone, pro Murena, & apud Pedianum. Tertia, quod Lauuij consules Vestae, & penatibus sacra peregerint, Lauuij uero Sospitae Iunoni. Illius historiae auctor est Dionys. lib. i. & Macrobius lib. i. cum ait. Consules & praetores, & dictatores cum in eum magistratum Lauuij rem diuinam faciunt penatibus pariter, & Vestae. Huius Cicero pro Murena. Nolite, inquit, a sacris patrijs Iunonis Sospitae, cui omnes consules facere necesse est, domesticum, & suum consulem potissimum auellere. Erat autem Murena e municipio Lanuuii, ut ipse paulo ante ait. Quarta quod Lauuium longius abest a Roma, quam Lanuuium. Distat enim a mari quattuor stadia, ut ait Dionysius lib. i. situm inter Ostiam, & Antium auctore Strabone lib. v. At Lanuuium abest a Roma stadia cl. ut ait App. lib. ii. ita ut auctore Strabone ab eo mare, & Antium prospici possit, haud procul ab Aricia, quae clx. stadia abest in Appia uia sita. Ipsa tamen inter se non admodum distantia uidentur fuisse. Quae res maiorem etiam erroris causam praebuisse uideatur. Horum etiam opidorum populos commemorat Dionys. lib. v. λαυριτινους, λαυινους, λαβιτινους i. Laurentes, Lanuuios, & Lauuios. Ac Stephanus qui dem etiam λαβιον κτισμα τῶν αἰνῶν populos edere λαβιτινους ait. Vbi uero ait. λαβιον κτισμα τῶν λατίνων. τὸ ἐθνικὸν λαουριτινους. διονύσιος ἐρωμακίης ἱστορίας, dubitationem affert, quia Dionysij ex v. libro testimonium profert, ne mendose pro Laurento, aut pro Lanuuiio sit. Apud Dionysium etiam uox illa λαυινους uultiose uidetur esse, pro λαυριτινους. Verum ut dixi mira horum nominum deprauatio est. AD ASTVRAE flumen, & Vet. lib. Ad Satiram flumen. Ego tamen legendum puto Ad Sturam flumen. nam Festus in uocibus incipientibus a littera S ait, Stura flumen est in agro Laurenti. Item Strabo lib. v. eundem in his locis fluuium: σῆραν uocat.

MAXIME ualido exercitu, maiore mole, & Maiore mole, quod Glareanus ait nescire ut intelligatur, est, maiore apparatu. Nam quia de Maenio dixit, Aricinos improuiso adortus fudit. hinc oponit At Camillus Tiburtes, maiore mole, quamquam aeque prospero euentu. OPIDA Latina omnia, & Antium ex Volscis, aut uia capta, aut recepta in deditionem, & Quamquam Volsci Latini erant,





CAROLI-SIGONII

LIVIANORVM

SCHOLIORVM

ALIQVOT. DEFENSIONES

ADVERSVS. GLAREANVM. ET. ROBORTELLVM



MAXIMILIANI. II



VENETIIS ∞ DLXXII

In Aedibus Manutianis.

CAROLI SIGONII

LIVIANORVM

SCHOLIORVM

ALIQVOT. DE REVISIONE S

ADVERSVS. CLARENVM. ET. ROTORTHELVAM



MAXIMILIANI II



I M P . C A V E S . V A C .

E X . B I B L I O T H E C A

VENETIIS ∞ D LXXII

In Aedibus Manuscriptis.

CAROLI SIGONII LIVIANORVM SCHOLIORVM

ALIQVOT . DEFENSIONES
ADVERSVS . GLAREANVM . ET . ROBORTELLVM



ANNI sunt prope septemdecim, cum ego scholia in T. Liuium scripsi, quibus locos scriptoris eius aliquot partim emendare, partim explicare contendi, nixus scilicet, ut tum testatus sum, non contemnendis aliquot veterum monumentorum subsidijs, quibus Liuiani emendatores ceteri ante me fere caruissent. Quoniam autem Henricus Glareanus plus, quam ceteri, in hoc genere studij, atque operae collocarat, usque adeo ut non solum quae sibi deprauata, sed etiam quae aut suspecta aut obscura uiderentur, notaret, aut ingenue se non intelligere confitens lectorem iterum, atque iterum de inuestiganda ueritate non modo admoneret, sed saepe etiam obsecraret: haud quaquam grauate feci, ut locos omnes ab eo partim pro obscuris notatos, partim pro deploratis relictos in primis considerarem, & quam male affectis medicinam adhibendam esse censerem, aut quid de ijs omnino sentirem, testatum apud omnes optimi uiri commotus uoluntate relinquerem. Verum, quod minime de homine grauisimo suspicatus fueram, mea quaedam in eodem, in quo ille uersatus fuerat, studio nequaquam illi iucunda aemulatio in eam suspicionem ipsum adduxit, ut me notationibus, atque obseruationibus meis de auctoritate sua detrahere uoluisset, existimaret. Itaque cum mea in Liuium scholia legisset, seque multis perstringi in locis ueritus esset, credo, quia turpe putaret, quod senex ipse se ignorasse confessus esset, iuuenem exstitisse, qui tradidisset, commotus est uehementius, quam moderatum, atque prudentem hominem decuit, atque ad lo. Heruagium nescio quam epistolam misit, in qua modeste ille quidem errorem suum, culpa in saeculi sui malignitatem coniecta, excusauit, uerum pro gratia, quam se habiturum esse ei, qui tam multis se difficultatibus exoluisset, ostenderet, conuicium rettulit. asperius scilicet eo nomine me appellans, quam pudentem facere hominem, in tam leui praesertim iniuria, aequum erat. Haec epistola deinde cum in manus Francisci Robortelli peruenisset, eius opera Patauij est diuulgata. Quamobrem cum ego Robortello insanis prope in me illo tempore et suorum, & alienorum scriptorum apparatibus inuadenti resistere pararem, haud quaquam mihi committendum putauit, quin illi etiam epistolae responderem, ac Glareano de me expoſtulantifatisfacerem, quoquo modo possem. eam uero responsionem in primum

librum Emendationum contuli . Quae si quis inter se scripta conferet, facile intelliget, quanta animi impotentia senex octogenaris, ac nullo, ut queritur, a me conuicio laesus de me scripserit, quanta contra moderatione iuuenis uix tricennarius, quanquam maxima iniuria lacepsitus, rescripserit . Sic igitur Glareanus me, dum uixit, est ultus . Demum mortuo illo, extitit nescio quis, homo, ut uere dicam, ne nunc quidem mihi notus, uerum, quantum ego intelligere possum, ab harum litterarum studio non abhorrens, qui quasi arbiter inter me, & meum aduersarium ex compromisso adactus, in ea epistola, quam nuper Glareani scholijs praefixit, me erudite quidem, sed inhumane nimis in Glareanum esse inuectum, ac iuste propterea a Robortello accusatum pronunciauit. Neque uero hoc habuit satis. quin etiam in meorum scholiorum contextum nescio quam defensionculam ex Robortelli ferme scriptis aduersus me ab ipso Glareano collectam dispersit. neque quae ego quondam aut Glareano, aut Robortello responderam, ut illum facere oportuit, addidit . Quamobrem faciendum mihi duxi, ut nouae isti defensionis responderem . Ac primum quidem, cur ille, aut quisquam alius meam erga Glareanum humanitatem desideret, plane non uideo . etenim cum saepissime Glareani nomen usurparem, tamen ab ipsius contumelia semper ita abfui, ut asperiore uerbo nullo umquam ipsum appellarim . Nisi uero his dicendi generibus est offensus, cum dixi, Hanc lectionem laudat Glareanus iniuste . Nescio, cur Glareanus miretur. Hoc dixi, quia Glareanus incertus sententiae uidetur. Quibus uerbis, quis est, qui merito offendi possit, nisi qui, quod ipse non uidit, aegre ferat, uideri alteri fuisse perspectum? Quomodo autem ego aliter agere poteram, cum ita ab initio instituissem, ut quoties Glareanus aut ambigeret, aut sibi obscurum, aut uitiosum, aut inexplicabile uideri aliquid diceret, aut lectorum de loci difficultate expedienda rogaret, toties ego, si quid ex ueterum, quae ipse non uiderat, monumentis, quod haerentem in salebris leuare hominem posset, haberem, id uero studioliissime promerem? Age enim. cur dubitare se praetulit Glareanus, si dubitationis suae explicationem excogitari noluit? aut cur de loci uulnere nos admonuit, si opportunum, atque industria quaesitum adhiberi remedium recusauit? aut cur denique laboranti singulis in locis sibi opem prope supplex implorauit, si tempestiuum bonorum, atque amicorum hominum auxilium repudiaturus inaudita ante contumacia fuit? At appellasti illum saepius, quam hominis dignitas postulabat . Qua ille praeditus dignitate fuerit, ne nunc quidem me plane scire confiteor . Poeta Laureatus inscribatur . At ea iam pridem inter litteratos recepta consuetudo est, ut quisque de litteratis non solum, qui Laurea donati sunt, sed etiam, qui donarunt, libere in rem communem, quid sentiat, sine ulla iusta reprehensione expromat, modo sine conuicio agat, ut ego cum Glareano . semel enim, aut iterum tantum usus sum trito illo iam, ac peruulgato uerbo, ut dicerem, errare ipsum; quem uero errorem uocaui, ne ipse quidem defendit . Quod si scripsissem, ut ille de alijs, Quidam putant, Quidam mutant absque iudicio, multo ille mihi iustius succensuisset . quasi uero celebre apud alios Glareani nomen meis unus ipse inserere scriptis erubuisssem . Nam si locutus essem, quo modo idem

ille de Valla locutus est : Lau. Valla mirum in modum hoc loco luctatus est, sed nihil promouit : aut si quo modo de Liuiio ipso scripsit, cui tertio quoque uerbo obliuionem, negligentiam, confusionem, inconstantiam, longitudinem, improprietatem, improbabilitatemque obiecit, ita ut aliquando contumeliosa etiam cum indignatione exclamarit : Hoc est historiam scribere & quasi uero non Liuij historiam nobis emendare, sed Liuiū ipsum a nobis amandare uoluerit : si hoc inquam modo de illo scripsissem, quis eum demum, aut admiratores ferre illius possent ? Vnde igitur istae lacrymae ? unde, nisi, quod quae defendere, aut Glareanus, aut amici eius aut nesciunt, aut non possunt, ea ad contumeliam Glareani pertinere, nec nisi inferenda contumelia se debere, aut obscurare existimant posse . Itaque inhumanitatem obijciunt, ut sibi iure liceat esse inhumanos ; contumeliam se accepisse queruntur, ut honestiore nomine contumeliam inferant . quae est autem haec contumelia ? noua scilicet, & inaudita . explicuisse aliquid aliquem, quod alter sibi inexplicabile esse confessus sit . neque enim Glareanus se defendit, sed excusat . at quo modo ? Glareanus hunc locum praeuē correxit . at & Glareanus ipse, inquit, iam id uidet, sed a te id uitio uerti dolet . Glareanus non legit . immo legit, respondet, sed non meminit . Glareanus non uidit . Non uidit, quia Graecos libros, quos tu habuisti, non habuit . Glareanus dubitauit . dubitauit, quia doctorum hominum est dubitare . Glareanus fatetur, se non intelligere . fatetur, quia homo est ingenuus . tu uero inhumanus, qui, cum intelligas, id ei crimini des . Dij boni, quis erit demum tam auerso a me animo, qui haec aliquando legens non stomachetur, ac peius actum esse cum Glareano non existimet, quod haec ei in mentem defensio uenerit, quam quod a me eo modo sit oppugnatus ? quae malum, ista defendendi ratio est, ut plus reus confiteatur, quam ille ipse, qui accusat, cupiat confiteri ? ac locum defensionis aut sibi, aut amicis suis nullum amplius relinquat ? Verum hoc etiam ferendum . habet enim saltem ingenuitatem ista oratio . Quod uero Robortelli aduersus me scripta protulerit, hoc plane miserum, aut potius miserandum uidetur . An uero, si uirium Glareanus aliquid habuisset, ac nocere mihi, ut cupijt, uoluisset, alienis me telis oppugnasset, non autem suis ? aut si quidquam in eo sanitatis fuisset, ijs me armis umquam petiisset, quae ego iam pridem fregissem prorsus, atque ex aduersarij manibus eripuissim . Bis enim Robortellus aduersus me scripsi, bis ego illi ita respondi, ut obmutuerit . quod ego hoc loco non scriberem, nisi aut compulsus essem, aut res non certo & litterarum, & hominum testimonio teneretur . exstant mea aduersus illum uolumina duo, unum Emendationum, alterum Disputationum . quae in quatuor libros distributa incredibilem hominis ferociam incredibiliter compreserunt . Quibus igitur ille telis, si iterum in certamen descenderet, uti amplius, aut nollet, aut non posset, quis non grauitur commoueatur animo, cum ea, quasi firma admodum sint, quia in me aliquando iacta sint, Glareanum insigni illa sua abiecta laurea de terra temere colligentem, atque saeuo in caput meum animo iaculantem inspiciat ? Iam uero illa, quam animi iniquitatem, aut quam ieiunitatem non indicant ? cum, quae recte a me scripta esse, in-

fitiari

fitiari non potest, eorum laudem aut manuscriptorum, aut Graecorum librorum copiae tribuit, aut sibi, qui dubitatione sua quaerendi occasionem, atque inueniendi uiam aperuerit, intemperanter assumit? Verum Glareanus fortasse excusationem aliquam habet, qui, quae scripsit, ea, dum uixit, diligenter suppressit. qui uero illa ediderunt, ac iudicium suum ultro interposuerunt, quis excusare poterit? quid enim ad eos aut Glareanus, aut saltem Robortellus pertinuit? ut Glareani epistolam, aut Robortelli librum iterum publicarent, meas autem aduersus illos defensiones omitterent? & Glareanum a me iniuste conuicio lacepsitum, Robortellum iuste propterea in me esse inuectum assererent? an uero ex animi sententia scribunt, an nimis potius Glareani adducti studio ita scribunt? si ita sentiunt, cur non Robortelli scripta a me oppugnata, quae admirari uidentur, defendenda suscipiunt, atque insignem hanc, quam doctissimus ille uir adipisci non potuit, triumphum de me acti gloriam sibi parant? sin autem honesta eos erga Glareanum pietas acuit, commendo officium, modo ab eorum, qui illos non offenderunt, offensione abstineant. Laudent non modo Glareanum, sed etiam Robortellum. facient non solum patiente, sed etiam approbante me. at iudicij sui testimonium istud, in quo graue sunt aut manifestae inscitiae, aut certae iniquitatis crimen subituri, in aliud quaeso tempus omittant, & si ipsis conuicia tantopere displicent, ne uelint, dum haec in alijs iniuste uituperant, dare operam, ut in ijs ipsis iuste possint infimulari. Sed iam quales sint istae Robortelli, aut Glareani reprehensiones, aut responsiones, uideamus. atque eis ueteres defensiones meas, quas queror omissas, obijciamus.

fio . nunc dicam de Liuiio . qui libro primo ait, regnatum Romae ab urbe con-
 dita ad liberatam annos CCXLIIII . duos inde consules esse creatos . i . ut
 ego interpretor, anno CCXLV . Hunc autem numerum recte habere, appa-
 ret ex annis, quos eosdē ipse cum Dionysio singulis regibus tribuit . Hoc loco
 occurrit Robortellus, & ait, Liuium Prisco regi non XXXVIII annos, sed
 XXXVII tantum assignasse . ita Romani regni spatium CCLXIII annis in-
 cludi . quid ad hoc dicam? nihil tale sensisse Liuium, cum ita scripsit: Duo-
 dequagesimo ferme anno, ex quo regnare coeperat Tarquinius, non apud
 regem modo, sed patres, plebemq . longe maximo honore Ser . Tullius erat .
 Neque enim ibi de regno Prisci expleto loquitur . quamquam haud ita multo
 posteū morte affectum esse innuere uidetur . neque si Priscum regnasse annos
 XXXVII uoluisset, post in extremo libro Romae regnatum esse annos
 CCXLIIII scribere potuisset . Conueniunt ergo inter se de regum annis Li-
 uius & Dionysius, uerum cum Capitolinis tabulis discrepant . Quid sit autem,
 quod Robortellus modestissime, ut cetera, me pueriliter haec scribere ait,
 non uideo . Vter nostrum rectius horum auctorum uerba perpenderit, alij uide-
 rint . Pergamus ad alia . Primum ergo consulum annum ex Dionysij, & Li-
 uij sententia ducentessimum quadragesimum quintum, ut dixi, constituo, ille,
 Dionysio Liuioque . non intellecto, ex eorum item sententia, CCXLIIII . Post
 autem anno CCLXIII, & CCLXV duos annos ille cum duobus consula-
 tibus interferit, qui non sunt apud Liuium . Hic ille, quanta cum grauitate dij
 immortales? at debent reponi, inquit . Ego contra reponendos esse ex Liuij
 sententia non existimo . me uero, ut ita credam, tres potissimum rationes ad-
 ducunt . una, quod, quas res Dionysius in quattuor, his duobus interiectis, an-
 nos dispensauit, easdem Liuius in duos extremos, medijs ipsis duobus subla-
 tis, contulit, ac nullam eius historiae partem, quae a Dionysio maximo duo-
 rum horum consulatum auctore narratur, praetermisit; altera, quod Cas-
 siodorus, qui tabulas suas consulares ex Liuianis annalibus uidetur digessisse,
 neque hos consules profitetur; tertia, quod Liuius Q . Minucio, C . Horatio
 cos . tribunos pl . decem factos esse scriptum reliquit, anno trigesimo sexto post
 primos quinque, qui facti sunt A . Virginio, & T . Vetustio cos . anno ab V . C .
 CCLX . qui numerus anni tricesimi sexti nullo modo quadrabit, si duos hos
 annos interposueris, uerum tricesimo octauo erit reponendum, quemadmo-
 dum ille contra omnium librorum & scriptorum, & impressorum consensum
 censet esse faciendum . tantam ei libertatem dat ars ab eo primum emendan-
 di excogitata . Accedit annus, quo X uiri consulares inierunt, quem Liuius
 alterum & trecentessimum ab V . C . uocat . i . ut ego interpretor, unum & tre-
 centessimum . qui numerus ne ipse quidem congruet, si duorum illorum anno-
 rum rationem habueris, uerum trecentessimus tertius erit reponendus . Non
 est ita, inquit, immo trecentessimus alter retineri debet, sed pro trecentesi-
 mo secundo, non trecentesimo primo accipiendus est . cur ita? Fasti Ca-
 pitoli Xuiros in annum trecentessimum secundum edunt . non est hoc satis .
 iam enim ex Ciceronis sententia diximus, inter scriptores magnam esse de nu-
 mero annorum controuersiam . Addit, quia Alter dicitur de duobus, ergo

trecentefimus alter est trecentefimus secundus. Ego contra. Alter dicitur de duobus, ergo alter a trecentesimo, est trecentefimus primus. ut enim Virgilius dixit, Tu nunc eris alter ab illo. i. secundus, non tertius; & annum alterum ab undecimo, pro duodecimo: (nam qui aliter sentiunt, probabilem causam nullam, cur ita sentiant, afferunt:) sic trecentefimus alter est trecentefimus primus. Argumento sunt aliquot scripti, quos ego habeo, Liuianarum epitomarum libri, in quibus scriptum est Xuiros creatos esse uno & trecentesimo anno ab urbe condita. argumento sunt eadem epitomae, in quibus legitur lib. XLIX: Anno quingentesimo, & altero ludos Terentinos factos, anno sexcentesimo & altero tertium Punicum bellum esse initum. i. quingentesimo, & sexcentesimo primo, ut a me in Chronologia Liuiana planissime demonstratum est. Quid plura? Bellum ciuile ultimum initum esse Lentulo, & Marcello cos. confectum autem Caesare IIII, & M. Crasso, in omnibus annalibus scriptum est. numera annos, xx efficies. Itaque Velleius, qui idem Lentulo & Marcello cos. ad arma ciuilia primum initum esse tradiderat, uicesimo anno ciuilia bella finita esse litteris prodidit. At uero Liuius, qui bellum ipsum non armis positis, sed Caesaris triumphis actis terminauit, Caesarem scribit tribus triumphis in urbem inuectis finem bellis ciuilibus imposuisse anno altero & uicesimo, eo nimirum, qui ipsius, & Crassi consulatum proxime consecutus est, quo inter omnes constat Caesarem ter gloriosissime triumphasse. Hos uero annos nulla umquam interkalatione uiginti duos reddideris. atq. hoc in epitoma CXXIII scriptum est, quas epitomas ex Liuianis ipsis fere uerbis contextas uidemus. Cum ergo hanc locutionem Liuius familiarem esse uideamus, ut quingentesimum, sexcentefimum, & uicesimum alterum annum pro uno & siue quingentesimo, siue sexcentesimo, siue uicesimo, usurparit, & si aliter interpreteris, reliquos omnes eius numeros labefactes necesse sit, quos hac expositione conserues; cur non apud eundem etiam trecentesimo, & altero interpretabimur, trecentesimo uno, praesertim uero cum ueteres epitomarum eius libri eo in loco consentiant? nec in alium annu decemuirum apud eu incidere possint? nisi consulatus aliquot contra sententiam eius interponas. id quod ei faciendum non est, qui ad Liuianos calculos reuocare hanc annorum, temporumq. descriptionem uelit. His ille percussus argumentis ad artem suam confugit. repperit praeceptum, quo facultas datur quemcumque cuiuslibet auctoris locum pro libidine deformandi. utitur eo contra me, & ait, qua fiducia, immo potius confidentia dii boni? Aristarchum esse diceres. Legendum est, quingentesimo quarto. legendum est, sexcentesimo quarto. Cur Robertelle? quia illi consulatus in eum numerum in Fastis Capitolinis incurrunt. At hoc suscepisti probandum ex uerbis Liuij, Liuium ipsum cum fastis concordare. nihil ergo fasti ad Liuium. Sed sit hoc artificij tui. Sequitur annus, quo primi tribuni militares consulari potestate facti sunt, quem trecentefimum decimum numerat Liuius. Atque hunc numerum uterque nostrum tueretur. tu quidem ex Liuij, & Dionysij sententia, ego ex Liuij tantum. Neque enim ipse attendis, si annum, quem tu numeras CCXLIII, Dionysius CCXLV, quem tu CCLIX, ille CCLX, quem tu CCLXIX, ille CCLXX appellat,

lat, eum demum, quem tu cccx nominas, ex eius esse sententia cccxi nominandum. Quod autem hunc annum a me cccix numerari apud Liuium arguis, iniustissime mehercule facis, qui enim possum eum cccix uocare, si sequentes Liuianos annorum numeros tueri uolo? Patet hoc ex mea Chronologia. patet etiam ex eo, quod tu me inter cccxi, & cccx incertum annum interiecisse infimulas. si ergo interieci annum, cur ad numerum hunc cccx non perueni? quem tamen cur interiecerim, satis nosti. Dices, seruasti in Liuiana, non seruasti in Capitolina summa constituenda. diuersa ratio est. Liuius enim tres annos Xuiris ipsis attribuit, at uero L. Valerio, & M. Horatio consulibus duos. Ita fit, ut tribuni militares ibi anno cccix sint, hic anno cccx. quod ut planius intelligatur, subscribam omnes has annorum descriptiones.

Capitolina descriptio.

- CCC. Sex. Quinctius Sex. F. P. N. Varus.
P. Horatius Tergeminus.
301 P. Sextius Q. F. Vibi N. Capitolinus.
T. Menenius T. F. Agrip. N. Lanatus.
302 Ap. Claudius Ap. F. M. N. Crassinus.
T. Genucius L. F. L. N. Augurinus.
Decemuii primi in locum consulum facti.
303 Decemuii secundi.
Iidem decemuii in hunc annum continuarunt. quibus
abdicare coactis in eius locum facti sunt cos.
304 L. Valerius Poplicola Potitus.
M. Horatius Barbatus.
305 Lar Herminius.
T. Virginus.
306 M. Geganius.
C. Iulius.
307 T. Quinctius.
Agrippa Furius.
308 M. Genucius.
C. Curtius.
309 A. Sempronius.
T. Cloelius. Tribuni mil. cons. potestate primi.
L. Atilius.
310 M. Geganius.
T. Quinctius.

Mea Liuiana.

299 Sex. Quinctilius. P. Curiatius.

b 2 T. Mene-

- | | | |
|-----|--|---------------------------------|
| 300 | T. Menenius. | P. Sestius. |
| 301 | Ap. Claudius. | T. Genucius. |
| | Decemviri consulares primi. | |
| 302 | Decemviri consulares secundi. | |
| 303 | Decemviri consulares tertij. | |
| 304 | L. Valerius. | M. Horatius. |
| 305 | Iidem consules uidentur continuasse in hunc annum. | |
| 306 | Lar Herminius. | T. Virginius. |
| 307 | M. Geganius | C. Iulius. |
| 308 | T. Quinctius. | Agrippa Furius. |
| 309 | M. Genucius. | C. Curtius. |
| | A. Sempronius. | |
| 310 | T. Cloelius. | Tribuni militares primi. |
| | L. Atilius. | |
| 311 | M. Geganius. | T. Quinctius. |
| | <i>Robortelliana.</i> | |
| 300 | Sex. Quinctilius. | P. Curiatius. |
| 301 | T. Menenius. | P. Sestius. |
| 302 | Ap. Claudius. | T. Genucius. |
| | Decemviri consulares primi. | |
| 303 | Decemviri consulares secundi. | |
| 304 | Decemviri consulares tertij. | |
| 305 | L. Valerius. | M. Horatius. |
| 306 | Lar Herminius. | T. Virginius. |
| 307 | M. Geganius. | C. Iulius. |
| 308 | T. Quinctius. | Agrippa Furius. |
| 309 | M. Genucius. | C. Curtius. |
| | A. Sempronius | |
| 310 | T. Cloelius. | Tribuni milit. cos. pot. primi. |
| | L. Atilius. | |

Quorsum haec? ut intelligas, te, si fastos Capitolinos sequi auctores uelis, non posse tribunos militares in annum cccx conferre. Nam, ut dixi, illi duos tantum annos dant Xuiris, tu Livium secutus tres concessisti. non esse autem tibi annum ccciiii decemviris, sed Valerio, & Horatio cos. tribuendum, ex eo discere potes, quod in triumphalibus tabulis Capitolinis consules illi scribuntur triumphasse anno ipso ccciiii: Horatius quidem vii K. Sept. Valerius uero Idibus Sext. nisi forte eximia tua ista arte lapides etiam illos corrigas, aut eos consules ante consulatum triumphasse exponas. quod nihil peruersius. Si ergo Valerius, & Horatius consules triumpharunt mense

Sextili

Sextili anno ccciiii; quo tempore idus Maiæ sollemnes ineundo consulatui erant, profecto si diligenter annorum rationem subduxeris, tribunos militares primos nisi in annum cccix conicere non poteris. nisi forte & tu continuasse in alterum annum consulatum eos uolueris. quod nec concedis, nec concedi in fastis Capitolinis oportere existimo. immo uero anno cccix sunt collocandi, sed C. Iulij III & L. Virginij II consulatus, cuius auctores multi sunt, non est a te postea omittendus. Quam lynceus ergo sit oportet, qui annorum descriptiones instituere uelit, & ut Capitolina summa nullo modo cum Liuiana congruere possit, & ut eam ipse non intellexeris, iam uides. Sed pergamus ad alia. Cum ergo summus mihi tecum sit in Liuiana Chronologia concinnanda in anno tribunorum militarium numerando consensus, (nam uterque eum cccx uocat) quaeres fortasse, cur, si in trecentesimo decimo anno conuenimus, in reliquis deinceps annis discrepemus? nimirum, quia tu alios annos tollis, alios addis, idq. contra Liuij, quam assequi non potes, sententiam. audi autem quo modo. Anno cccix consules sunt apud Liuium L. Iulius II. L. Virginius. Eisdem ego in annum cccxx resectos esse scribo ex Liuij, & Casiodori sententia, quos tu transscendis. Verba Liuij sunt haec. Eisdem consules insequenti anno resectos Iulium tertium, Virginium iterum apud Marcum Licinium inuenio. Valerius Antias, & Q. Tubero M. Manlium, & Q. Sulpicium consules in eum annum edunt. ceterum in tam discrepanti editione & Tubero, & Macer libros Linteos auctores profitentur. neuter tribunos militum eo anno fuisse traditum a superioribus antiquis dissimulat. Licinio libros haud dubie sequi Linteos placet. et Tubero incertus ueri est. sed inter cetera uetustate incomperta hoc quoque in incerto positum. Hos ergo consules tu praeteris, quia Liuium existimas his uerbis hunc omnino consulatum damnasse, cum tamen Liuius non tam de magistratibus huius anni, quam de nominibus ipsorum magistratuum ambigat, neque pro certo horum neminem fuisse in magistratu affirmet, sed qui potissimum fuerint, parum sibi conuenire dicat. Fuisse autem aliquot ex ijs, quos nominauit, declarat Casiodorus, qui Macrum secutus in hunc annum C. Iulium, ut ego, & L. Virginium consules edit. declarat fasti Siculi Graeci, qui Tuberonem & Antiatem secuti Capitolinum Manlij, & Camerinum Sulpicij cognomen in hunc annum profitentur. declarat Diodorus, qui in tertiam discedens sententiam tribunos in hunc annum militares nominat, M. Manlium, Q. Sulpicium, & Ser. Cornelium. Adde, quod si hunc annum transscendas, serpet hoc erratum longius. neque enim Romam anno ccclxv captam esse umquam efficies, quod scribit Liuius; neque L. Valerio Potiti, & M. Manlij Capitolini consulatum in annum centesimū decimum nonum post reges exactos conijcies, quod libro primo scriptum reliquit Dionysius. quae omnia mea summa custodiuntur, tua uero penitus euertuntur.

Reprehendit deinde ille me, quod ad A. Cornelium Cossū II. et Cn. Domitium consules signauerim in Fastis numerum CDXX. cum fuerit signandus ad priorem uersum: HOC . ANNO . SINE . COS . RESP . FUIT. atque adeo caecus est, ut non librarij id uitium esse perspiciat, atque extremo libro,

libro, ubi librariorum errata eiusmodi aliquot emendata sunt, satis plane correctum uideat: id quod ego uel imprudentiae, si non uidit, uel improbitatis, si se uidisse dissimulat, esse existimo. Cum ergo annum ille inuito Liuius demat, quem ego retinuerim, hinc fit, ut L. Papirij Cursoris v, & C. Iunij Bruti IIII consulatum in annum conijciat ille CDXL, ego CDXLI. atque ut necessario Liuiana summa distet a Capitolina. nam in Fastis illi consules in annum CDXL incurrunt. Sustulit igitur annum unum, quem ego retineo. non est satis. eximit alterum. nimirum Interregnum, quod ego in Liuiana Chronologia in annum CCCXXXIIII retuli, auctore ipso Liuius, qui ait: Cum maior pars anni per novos tribunos pl. & aliquot interreges certaminibus extracta esset. et paulo post. Mugillanus interrex obtinuit, ut tribunicia comitia haberentur. Hoc autem interregnum sine pernicie omnium numerorum, qui deinceps in nominandis annis a Liuius usurpantur, praeteriri non potest. Cur autem id in Fastis omiserim, alia ratio est. nam in Fastis dictaturae multae, quarum rationem nullam in numerandis annis habuit Liuius, obseruantur, atque interponuntur. His annis eximendis cum se nihil assequi uideat, deinde se ad reprehendum Liuium confert, qui quodam anno tribunos octo militares ediderit, atque in eo deceptus sit. neque attendit, rem illam a me primum in Fastorum commentario plurimis uerbis esse demonstratam, & si ita oportuit, satis exagitatam. Qua re exposita ita addit: Anno CDXX Interregnum fuit pestilentiae causa. nec uerum est, quod scribit Sigonius de eo Liuium non esse locutum. quid enim apertius his uerbis? Et quia pestilentia infecuta est, uelut omnibus eo uitio contactis auspicijs res ad interregnum redijt. Vide quam inique facias Robortelle. Ego ne enim Liuium de eo interregno non esse locutum scripsi, cum eius interregni in Chronologia Liuiana constituenda rationem reddens ita scripsi? Liuius id ipsum, quod facimus, & si non aperte, at subobscura tamen significare uidetur. Cur subobscura Robortelle? quia non aperte aut annum illum, aut anni illius maiorem partem, ut ante, per interreges esse extractam scribit. Duos ergo annos ex mea Chronologia Liuiana exemisti, qui sunt reponendi, tres deinde interseris, qui nullo pacto sunt obseruandi. Hae sunt tres dictaturae sine consulibus, quarum habendam esse rationem in fastis Capitolinis probaui, in Liuianis non probo. quaeris qua causa? quia ex uerbis Liuij nihil tale erui potest. una est ergo dictatura L. Papirij Cursoris anno CDXXIX; de qua ita Liuius: L. Furium consulem, cui Samnium prouincia euenerat, morbo implicitum fortuna bello subtraxit. iussusq. dictatorem dicere, rei gerendae causa dixit L. Papirium Cursorem. altera est item L. Papirij Cursoris anno CDLXIIII. quem Liuius scribit dictatorem cum C. Iunio Bubulco magistro equitum dictum Q. Fabio, & C. Marcio cos. quod res non satis prospere a C. Marcio cos. in Samnitibus essent gestae. tertia est anno CDLII M. Valerij Corui. de qua Liuius: Multiplex deinde exortus terror. Etruriam rebellare nunciabatur. Itaque propter eum tumultum dictus M. Valerius Maximus dictator magistrum equitum sibi legit M. Aemilium Paullum. et paulo post: Proelio ab dictatore commisso fractae iterum Etruscorum opes. dictator triumphans in urbem redijt. consul ex

ful ex dictatura factus M. Valerius. An uero tibi uidetur Robortelle his uerbis Liuius dictatores hos per annum sine consulibus fuisse dicere, an eos in aliorum, ut adsolebat, consulatu dictaturam gessisse? at ei credo uerba deerant, quibus hoc exprimeret, si ita sensisset. Non ne attendis, si trium horum annorum rationem habeas, reliquos omnes, qui apud eum sequuntur, numeros esse peruertendos? et alios annales Liuium, alios fastorum Capitolinorum auctores esse secutos, atque omnino ipsos inter se discordare non sentis? Cautem autem, immo callide Robortellus, cum se in tota hac de dictaturis Liuianis ratione nutantem, ac claudicantem sentiret, statim, ut aliquo insigni praecepto alio lectoris mentem auerteret, fragmenta illa lapidum Capitolinorum praepostero ordine esse in Capitolio collocata adiecit. nec uidet, id ipsum a me primum, uel ipsomet teste, esse demonstratum, atque in Fastorum commentario confirmatum. His rebus expositis concludit summam annorum Liuianorum, & Capitolinam eandem esse usque ad annum **CDLXXI**. quas ego longe diuersas inter se esse contendo. Vter autem nostrum est uerior? nimirum ille, qui numeros Liuij custodierit, non ille, qui, ut eo perueniat, quo uelit, eos omnino labefactarit. Dixi ante, Liuium scribere sexto & tricesimo anno post primos tribunos pl. decem tribunos esse factos. is numerus a me conseruatur, ab illo euertitur, ac octauus & tricesimus ex coniectura reponitur. Prodit item Liuius anno ab V. C. **CCCLXV** Romam esse captam. eo numero nihil ad meam summam potest esse conuenientius, ad Robortelli nihil ineptius, qui **CCCLXIII** emendare cogetur. Idem Q. Seruilio, L. Genucio cos. Camillum annos post Romam captam **xxv** mortuum refert. recte ad meos calculos: at ille **xxi** reponit. Idem annum, quo M. Fabius Ambustus **III**, & T. Quinctius consulatum gesserunt, post urbem captam **xxxv** numerat, Robortellus **xxxi**. quamquam in eo etiam peccat Robortellus, qui hoc scribi a Liuiio ait in consulatu M. Fabij Ambusti, & T. Quinctij, cum id prodat in consulatu C. Sulpicij Petici, & M. Valerij Poplicolae. atque ita numerus ille ad meam rationem conueniat. Idem in consulatu Q. Fabij **V**,
 » P. Decij **III** ita scribit: Supersunt etiam nunc Samnitium bella, quae conti-
 » nua per quarrum iam uolumen, annumq. sextum, & quadragesimum M. Va-
 » lerio, A. Cornelio cos. qui primi Samnio arma intulerunt, agimus. Quo nu-
 » mero nihil ad meam summam potest esse aptius, quia tres illas dictaturas praeterij, eum Robortellus adeo incertus sententiae est, ut quadragesimum octauum, uel quadragesimum nonum restituendum putet; eosq. numeros a librarijs, & a Casiodoro corruptos exclamet. Idem Liuius libro **xxxI**. Ap. Claudium consulem primum Poenis bellum intulisse scribit anno, ut in scriptis libris est, **CDLXXVIII**. quod ego leui mutatione **CDLXXXVI**, **v** in **x**, **II** in **v** uersa lego. ille **CDLXXXVIII**. In epitomis Liuianis Ludi Terentini anno quingentesimo altero ab V. C. facti dicuntur, i. ut Censorinus, auctore Liuiio, ait, P. Claudio, L. Iunio cos. Item tertium bellum Punicum coeptum esse anno sexcentesimo altero, id est L. Marcio, ^{mv} Manilio cos. nihil melius potest esse, si me spectes; nihil foedius, si illum. nam quingentesimum quartum, & sexcentessimum quartum reponit. Dionysius libro secundo, diuortium,

uortium, quod nullum intra quingentos uiginti annos factum fuerat, primum factum fuisse prodit M. Pomponio, C. Papirio, cos. eumq. annum Gellius lib. xvii. dxxix uocat. recte si ad meos calculos reuoces; si ad Robortellianos, non item. nam is annus in Fastis est dxxii. P. Valerij, & M. Atlij consulatum Gellius lib. iiii cap. iiii in annum ab urbe condita conijcit dxxiii, Liuium credo secutus: at hic noster ex Fastorum auctoritate, in annum dxxvi. Liuius consulatum P. Galbae, & C. Cottae in annum confert quingentesimum quinquagesimum. congruenter ad meam summam. num creditis ita ad Robortellianam? non certe. ille enim quinquagesimum tertium reponit. P. Africani consulatum alterum in annum transfert Liuius, ut uulgo mendose legitur, dviii. quem numerum ego v in l, & ii in v uersis corrigo dlvi, ille multo alienius dlx. Quamobrem, quod ille quaerit, cur ego in fastis Capitolinis Q. Fabium, & P. Decium consules reposuerim, e Liuianis autem ipsum Cassiodorum secutus exemerim, iam quaerere desinet, cum non eandem esse summae utriusque rationem intellexerit, neque omnes omnium calculos ad unam normam tanta cum librorum pernicie referendos esse cognouerit. Haec pauca in hoc libro libuit notare. mitto reliqua, quae aut ita uana sunt, ut nullo; aut ita aliena, ut alio loco uideantur esse refutanda, quale illud est, quod opponit de duobus Liuij locis a me corruptis. Ex his autem paucis satis intelligi posse arbitror, quid praestare nouae hic huius artis auctor in ratione litterarum restituenda possit. qui, ut Liuiam annorum summam colligeret, totum sibi Liuium ante perdendum esse existimarit. Atque hic tamen, cum eiusmodi sit, audet Liuium a se emendatum, & nouam in eum Chronologiam profiteri.

DE . LVDIS . SAECULARIBVS

Ludos saeculares in prima editione Fastorum sub consulibus dispensaueram, quos e posteriore exemi. cur apposuissem, caussa fuit, quod quinti ludi in lapide Capitolino ita descripti sunt, ut sub consulibus C. Silio, & L. Munatio poni debere uideantur. sic enim habet.

C. SILIUS . P. F. P. N. L. MVNATIVS . L. F. L. N. PLANCVS

LVDI . SAECVLARES . QVINCT.

IMP. CAESARE . DIVI . F. AVGVSTO

Itaque, cum ea meam mentem opinio imbuisset, Quintos ludos sub consulibus his esse dispositos, quanquam eos Furnio, & Silano cos. multo ante factos ueterum annalium auctoritate persuasum habebam, putauit quartos etiam, & tertios, & secundos, & primos mihi esse sub consulibus collocandas. Cur remouerim, id caussae fuit, quod eos postea non sub consulibus, sed e regione consulum, & in alio lapide incisos comperi. quintos autem casu nescio quo a fabro commoditatem suam quandam secuto sub consules illos esse subscriptos. Itaque mihi, qui fastos consulares scribendos susceperam, ludorum saecularium mentionem necessariam non esse duxi. Robortellus autem, qui sua Patauina castigatione factum esse ait, ut eos exemerim, quod ludos primos

saeculares

saeculares non P. Valerio primum, sed quartum consule factos probasset, non intelligit, si uera ea sint, non me omnes exempturum fuisse, sed primos tantum mutaturum. Nunc uero, etsi ea me defendere, quae a me ipso ante damnata sunt, oportere non existimo, tamen, ut intelligat ipse, me suo admonitu nihil fecisse, nec facere debuisse, ita quod scripseram de ludis saecularibus tuebor, ut me recte sensisse, illum in tota hac quaestione nutare confirmem. Negat is ludos saeculares primos in primum P. Valerij Poplicolae consulatum, qui primus post reges exactos consul fuit, esse conijciendos, sed in quartum, cuius auctor sit Plutarchus. Cui ego respondeo, magnam de primis, secundis, tertijs, & quartis ludis saecularibus, quibus potissimum consulibus facti sint, esse opinionum uarietatem. quas omnes Censorinus in libro de die natali litteris persecutus est. Primos autem alios in primum Poplicolae consulatum, alios in quartum retulisse. in xvuirum autem libris M. Valerio, Sp. Virginio cos. factos scriptum esse, teste Censorino. De Poplicola primum consule hos ludos faciente sic Censorinus: Primos ludos saeculares exactis regibus constat post Romam conditam annis CCXLV a Valerio Poplicola institutos esse. quae uerba si diligenter attendas, intelligas ad quartum Poplicolae consulatum referri nullo modo posse, sed dumtaxat ad primum. non enim de quarto consulatu, dixisset: Exactis regibus, neque anno CCXLV. quamquam tu, dominus emendationum, ex ingenio, CCXLIX reponis, neque numerum ullum tua non uiolatum manu esse permittis, ut eos ludos in quartum Poplicolae consulatum transferas. Hoc idem Valerius Maximus uidetur indicare, cum ait: Valerij exemplum Valerius Poplicola, qui primus consul fuit, secutus eandem aram terra obruit &c. Nam, Qui primus consul fuit, uidetur adiecisse, ut annum post exactos reges, sicuti dixit Censorinus, exprimeret. Hoc idem etiam Politianus uir doctus in Miscellaneis ex Zosimo & existimauit, & tradidit. Si ergo Poplicola primum consule factos primos saeculares ludos, auctores tres habeo, quid deliqui, cum eos in primum potius eius, quam in quartum consulatum, cuius solus est auctor Plutarchus, conieci? Sed uide, quam meum iudicium a tuo dissideat. ego, si ueritatem annorum, quibus ludi saeculares omnes facti sint, tueri uelim, libros xvuirales, quos identidem auctores citat Censorinus, quam historicos alios ullos audire malim. ex libris autem xvuirum apparet primos M. Valerio, Sp. Virginio cos. anno ad Capitolinam summam CCXCVI esse factos: secundos M. Valerio Coruo, & C. Poetelio cos. anno CDVII: tertios P. Cornelio Lentulo, C. Licinio Varo cos. an. DXVII: quartos M. Aemilio Lepido, L. Aurelio Orete cos. an. DCXXVI. ita ut centesimo decimo quoque anno relati sint. quod etiam significauit Horatius in carmine saeculari cum ait:

» Certus undenos decies per annos

» Orbis ut cantus, referatq. ludos.

» Sic enim legit, & exponit Acro. quamquam tu hunc etiam locum foedissime deprauans legis. Certus ut denos decies per annos, Orbis & cantus, referatq. ludos. Liuius autem non centesimo decimo quoque anno relatos existimat, sed centesimo. Ac de primis quidem, quo anno ex Liuij senten-

tia relati sint, nihil habeo compertum. secundos uero anno **CDI** factos esse, illum putasse, inde suspicor, quod Zosimus secundos ludos factos esse **M. Popillio** consule scribit anno ab **V. C. CDII**. qui consulatus apud **Liuium** in annum **CDI**. incidit. tertios factos **Antiate**, & **Liuius** auctoribus tradit **Censorinus**, **P. Claudio Pulchro**, **L. Iunio Pullo** consulibus, qui in annum incurunt apud **Liuium DCI**. quarti editi sunt **Antiate**, **Varrone**, & **Liuius** auctoribus **L. Marcio Censorino**, & **M. Manlio** cos. id est, si summam **Liuianam** audiamus, anno **DCI**. sic enim scriptum est in epitoma libri **XLIIU**. Altero, & sexcentesimo anno ab **V. C. L. Marcio**, & **M. Manilio** cos. tertium bellum **Punicum** coeptum. **Diti patri** ludi ad **Terentum** ex praecepto librorum **Sibyllinorum** facti, qui centesimo anno primo **Punico bello**, quingentesimo, & altero ab **V. C.** anno facti erant. Non ergo ignorauit, ut ais, **Liuium** de saecularibus ludis locutum, neque tua admonitione **Patauina**, sed meo domestico consilio adductus ludos saeculares omnes dimouit. Quod autem me culpas, quod secundos ludos sub consulatum **M. Valerij Corui**, & **C. Poetelij** ex auctoritate librorum **xvuiralium** subiecerim, & putas historicorum potius, quam **xvuiralium** librorum auctoritate standum esse, ego te errare existimo. Etenim de re pontificia ego libentius pontificales libros, quam alium quemquam audiam. Nam quos ais **Censorinum** secundos ludos in consulatum **M. Valerij**, & **Sp. Virginij** anno **CCXCVII** contulisse, uehementius etiam falleris. non enim tum de secundis, sed de primis loquitur **Censorinus**, ut post ex **Xvuiralibus** libris ostendam. Quod autem obijcis de ludis tertijs, me in eum annum illos reiecisse, cuius nulli extent auctores, fateor. uerum illa causa fuit, de qua initio dixi. cum putarem sub consulibus eos esse ponendos, nec possem eos ex **Liuij** sententia in consulatu **P. Claudij**, & **L. Iunij**, nec ex **Xvuiralibus** libris in consulatu **P. Lentuli**, & **C. Licinij** collocare, quod per ea tempora marmora **Capitolina** integerrima sint, nec patiantur, ne uerbum quidem, ne dum tot uersus, inter consules interponi, coactus sum, ubi primum marmoris fragmentum repperi, constituere. Libentius autem certe etiam in hoc **xvuirales** libros secutus essem, si potuisssem. Versus autem, qui interijciendi erant, hi sunt.

LUDI . SAECVLARES . TERT.

M . AEMILIO . M . F . MAGISTR . XVIR .

M . LIVIO . M . F . M . N . SALINATORE .

Quos e regione **Lentuli**, & **Licinij** consulum nunc ei ponendos esse credo, qui ludos hos adscribere uelit. Quare non est, quod tu delirans suspiceris, me quod per eos annos **M. Liuij Salinatoris**, & **M. Aemilij Pauli** consulum mentio fieret, adductum esse, ut in ea tempora hos ludos conijcerem. sciebam enim iam pridem magisterium **xvuirale** nihil ad consulatum pertinere. Nam quod uertis, me auctoritatem **Xvuiralium** librorum secutum **quartos ludos** in consulatum **Lepidi**, & **Orestis** transtulisse, cum potius in **Marcij**, & **Manilij** consulatum ex **Liuij** sententia essent reijciendi, respondeo, primum, malle me in hac re, dum possum, **Xvuirales** libros, quam **Liuium** sequi. in quibus summam uideo annorum constantiam iuxta **Horatij** uersum & **Augusti** sententiam conseruari;

conseruari; deinde, ne, si uoluiffem quidem Liuium fequi, potuiffem. Nam illa tempora, quae in Marcij & Manilij confulatam incurrunr, quamquam aliqua ex parte debilitata, tamen ita integra funr, ut fatis oftendant, non poffe uerfus aliquot de ludis faecularibus inter confules interponi. Quod autem alio loco ais, non fuiffe, quod angerer in enumerandis annis centum adeo exquisite, quamuis ne id quidem fcierim, aut fi fcierim, non potuerim tamen Liuij locum confirmare, respondebo tibi primum de numero centefimo, deinde de Liuij loco. Ego exiftimo Robortelle, fi fecundi ludi in annum, quo M. Popillius cos. fuit, teffe Zofimo, inciderunt, tertij in confulatam P. Claudij, & L. Iunij, quarti in confulatam L. Marcij, & M. Manilij, atque hi funt anni apud Liuium C D I, D I, D C I, idq. fine ulla correctione, aut mutatione uulgatorum librorum, fatis me probaffe, ex Liuij fententia ludos faeculares centefimo quoque anno relatos. fiquidem ego a C D I, ufque ad D I centum annos numerare foleo, ut a D I ufque ad D C I alios centum. Nam quod ais, non femper expectatos effe annos centum; quod ex eo intelligi poffit quia alij auctores a Liuiio, qui numerum centefimum intulit, diffentiant, quid me hoc torquet, dum modo constantiam hanc in opinione Liuiiana inueniam, ut in Xvuirali illam alteram, quod centefimo decimo quoque anno relati funt? & fi quaeris, unde tanta annorum in his edendis ludis uarietas nata fit, te docebo, qui hoc, ut multa alia, confiteris te ignorare. docebo autem te quae non tam ego, quam Onofrius Panuinius uir in obseruanda omni antiquitate diligentiffimus, & fummo ingenio praeditus exiftimet: Scribit Acro in faeculare carmen Horatij ita: Saecularis carminis duplex deuotio effe cofueuerat. aut enim pro fedanda, aut pro uitanda peftilentia, aut pro certo, & conftituto numero annorum. centefimo enim decimo anno in Capitolio a pueris, & puellis im-
 » puberibus cantabatur. Si ergo duplex fuit deuotio carminis faecularis, ergo
 » etiam ludorum faecularium fuiffe facile exiftimari potest. ita ut alij ordinarij
 » effent, qui certo tempore, & conftituto referrentur, ut qui centefimo deci-
 » mo, uel centefimo anno fiebant, ut dixi; alij uero, qui extra ordinem pro re
 » nata fedandae, uel uitandae peftilentiae cauffa, ut illi, quorum alij fcriptores
 » fortaffe meminerunt. Quare non eft, quod tu inconstantiam in annis horum
 » ludorum labores inuenire, cum ignores tempora, cauffas non diftinguas, &
 » annalium uarietatem non accipias, fed omnia monumenta omnia faecula, om-
 » nes cauffas, caelum denique, & terram omnem una norma, atque una regu-
 » lametiaris. Et quoniam in hac difputatione iisdem auctorum locis ufi fu-
 » mus, tu autem arte tua, tamquam Proteus, e manibus elabi meis conaris, non
 » patiar te id facere, atque impune, uel Epitomen, uel Censorinum pro tuo
 » arbitrio, ut me oppugnes, deprauare. ex quo etiam intelligere poteris, an
 » ego tuam aliquando auctoritatem fecutus ludos ex factis confularibus faecula-
 » res exemerim. Locus eft in epitoma XLIX, qui in uulgatis libris ita legi-
 » tur: Diti patri. ludi ad Terentum ex praecepto librorum Sibyllinorum facti,
 » qui anno primo Punici belli, quingentefimo, & altero ab urbe condita facti
 » erant. Hunc ego locum ita ex fcriptis multis libris emendaui, fed maxime ex
 » uno, quem ego poffideo, & tibi, cum uoles, commodabo. Qui anno cente-
 » fimo,

simo, primo Punico bello, quingentesimo & altero ab V. C. facti erant. Hic illud centesimo improbas. quod ego ita confirmo. Bellum Punicum tertium Marcio, & Manilio cos. coeptum est anno altero, & sexcentesimo ab V. C. ut scriptum est in hac epitoma. iisdemq. cos. quarti ludi ex Liuij sententia Censorino teste, & epitoma consentiente facti sunt, ergo quarti ludi anno altero & sexcentesimo ex Liuij sententia facti sunt. At P. Claudio, & L. Iunio cos. ex Liuij sententia tertij ludi, ut ait Censorinus, facti sunt, qui annus in DI ab V. C. incidit, ergo ludi Diti patri centesimo ante anno facti erant ante tertium Punicum bellum, cuius primo anno etiam facti esse dicuntur. Quod si hanc expositionem non accipis, dic, qui centesimo anno facti erant, id est, qui suo & legitimo anno, (is erat ex Liuij sententia centesimus) facti erant. Quod si tu ne hanc quidem uel correctionem librorum disertissimam, uel interpretationem splendidissimam probas, quanto minus ego probare debeo tuas. qui cum quingentesimum, & sexcentessimu alterum pro quingentesimo, & sexcentesimo secundo interpreteris, deinde sine ulla librorum auctoritate, quingentesimum, & sexcentessimum quartum reponis, inani hac coniectura ductus, scriptum fuisse DIV, & alteram litteram v deletam esse altero crure, & factum esse DII, unde postea scriptum esse altero, & quingentesimo. quod ipsum cum ais, non considerare, sed fortiri, quid dicas, mihi uideris. an uero tu meis scriptis libris fidem non habebis, ego tuis somnijs habeo? qui inquis legendum esse: Qui sexto decimo anno primi Punici belli: quod ij cōsules in sextum decimum annum eius belli inciderint; neque in quos te errorum laqueos induas, animaduertis? Sed de epitoma haecenus. nunc ad Censorinum ueniamus. cuius tu uerba cap. XIII corrigendo ita deprauasti, ut sinceræ sententiæ simulacrum nullum reliqueris. Verba ea in uulgatis Aldinis ita leguntur: Primos ludos saeculares exactis regibus cum post Romam conditam annis CCLV a Valerio Publicola institutos esse ad XL uirorum commentarios, anno CCXCIX M. Valerio Sp. Virginio cos. anno post urbem conditam VII I, & XL. ut uero in commentarijs XII uirorum scriptum est, anno CCCC&x, M. Valerio Coruino, & C. Petilio cos. Tertij ludi &c. Haec uerba ita ex ingenio, quo, ut constat, excellit, emendat Robortellus. Primos ludos saeculares exactis regibus constat post Romam condita annis CCXLIX a Valerio Poplicola institutos esse ad XL uirorum cōmentarios. Secundi autem ludi fuerunt, (ut multi tradunt), anno ab urbe condita CCXCVII M. Valerio M. F. Volusi N. Maxumo, Sp. Virginio cos. anno post urbem conditam CCXCVII. ut uero in commentarijs XV uirum scriptum est anno CCCCVIIII M. Valerio Coruo, & C. Petilio cos. Haec ille. nunc eius enumeremus errata. Primum putat primos ludos non in primo Poplicolae consulatu factos, sed in quarto, & iccirco mutat annum CCXLV in CCXLIX. quamquam debuit potius, si quartum spectabat consulatum, CCL scribere. nam quartus consulatus Poplicolae ad Liuiam, & Dionysianam summam, ut supra ostendi, cadit in annum CCL. Deinde, quod non agnoscens mendam, ait institutos esse ad XL uirum commentarios. cum nulli tum fuerint XL uiri. fuerunt enim librorum Sibyllinorum custodes primum duumiri Sibyllini post decem uiri,

Robortellus

temuiri, tum Xvuirum libri, & commentarij dicti. tertio, quod addens haec de suo: (Secundi autē ludi fuerunt, ut multi tradunt,) confundit primos ludos cum secundis. nam qui anno CCXCVII facti sunt, non secundi fuerunt, sed primi, ut Xvuirum libri tradiderunt. quemadmodum & supra dixi, & infra apparebit. quarto loco, quod numerum CCXCIX corrumpit, & facit CCXCVII. dirigit enim summam aliorum scriptorum ad Capitolinam, sine causa. quinto, quod bis eiusdem anni numerum apponit. primum ita: ab urbe cond. CCXCVII. deinde ita: anno post urbem conditam CCXCVII. nec attendit priorem numerum ad primos ludos pertinere, posteriorem adsecundos, quem tamen mirifice deprauavit, cum pro VII & CD reposuit CCXCVI. Sexto, quod M. Valerio M. F. Volusi N. Maximo ex lapidibus Capitolinis sine causa intulit, cum M. Valerio, ut scripsit Censorinus, satis esset. postremo quod CCCCX in CCCCVII eodem imbutus errore mutat. Quare ego ita emendo: Primos ludos saeculares exactis re-
 ” gibus constat post Romam conditam annis CCXLV a Valerio Poplicola in-
 ” stitutos esse, at ex Xvuirum commentarijs (anno CCXCVII. M. Valerio,
 ” Sp. Virginio cos) Secundi facti sunt Liuius & Antiate auctoribus M. Fabio, &
 ” M. Popillio cos. anno post urbem conditam VII & CD. ut uero in com-
 ” mentarijs Xvuirum scriptum est, anno CDXVII. M. Valerio Coruino, &
 ” C. Poetelio cos. Haec ita se habere, hinc colligere possumus, quod de sin-
 ” gulis ludis diuersae opiniones referuntur, extrema autem semper Xvuiralium
 librorum est. ut in post in tertijs, & quartis ludis apparebit. Cum autem pri-
 mos ex Xvuiralibus libris scriptum sit factos an. CCXCIX, secundos an.
 CCCC & X, tertios anno duodeuigesimo, & quingentesimo, quartos anno
 DCXXIX. malim ut seruetur constantia centesimi decimi anni, legi CCXCIX.
 CDIX. DXIX. DCXXIX. neque enim M. Valerius, & Sp. Virginius an-
 no CCXCIX inire potuerunt, cum primi consules ann. CCXLV inierint. neque
 ullae supputationes sunt, quae eam rationem & summam tueantur. praeterea
 in secundis ludis uidetur uerisimile ex CCCCIX factum esse mendose CCCC
 ETX. nam de tertijs non est dubium. scriptum est enim diserte D duodeuigesimo.
 Porro autem desiderari nomina auctorum Liuij, & Antiatis maxime pu-
 to, qui concordēs in tertijs, & quartis citantur. itemq. nomina consulum,
 quae ex Zosimo suppleui. Anni numerum Liuianum .i. CCCC non adscripsi,
 quia Censorinus, non ut Liuium ludorum facit auctorem, ita Liuianam etiam
 affert annorum summam. quod post etiam quartos ludos ex auctoritate Li-
 uij edat in consulatum Marcij, & Manilij, anno DCV, cum DCI ad summam
 Liuianam esset scribendum, DCV autem sit ad summam Plinij, & Ciceronis,
 quam plerique hoc tempore, ut Glareanus in sua Chronologia, sequuntur.
 Itaque eum numerum, quod diuinare nolui, reliqui. Transeamus ad alia. De-
 inceps sic uulgo legitur: Tertij ludi fuerunt Antiate, Liuiusq. auctoribus, P.
 ” Claudio Pulchro, L. Iunio Pullo cos. anno D. duodeuigesimo, P. Corne-
 ” lio Lentulo, C. Liuius Varo. cos. Robertellus ita legit: Tertij ludi fuerunt An-
 ” tiate, Liuiusq. auctoribus P. Claudio Pulchro, L. Iunio Pullo cos. anno DIV.
 ” uel ut alij anno DXVII, P. Cornelio Lentulo, C. Licinio Varo cos. Hic Ro-
 bortellus

bortellus in sua permanens sentētia P. Claudiū, & L. Iunium consules anno DIV
 consules fuisse ait, cū tamen DV sit reponendū ex eo quod sequitur, L. Marcio,
 M. Manilio cos. an. DCV si enim illi cōsules anno DCV fuerunt, ut Pliniana, & Ci-
 ceroniana docet summa, & hi DV fuerunt. Praeterea nō animaduertit post An-
 tiatis, & Liuij opinionē recitari xvuiralium librorum sententiā, quod ex nume-
 ro annorū perspicitur, DXVII. etenim centesimo decimo relati scribuntur.
 Itaque ego sic emēdo. Tertij ludi fuerunt Antiate, Liuij auctoribus, P. Clau-
 dio Pulchro, L. Iunio Pullo cos. anno ab V. C. DV. ut in xvuirorum autem
 commentarijs scriptum est anno D duodeuigesimo, P. Cornelio Lentulo, C.
 Licinio Varo cos. Pergit deinceps Censorinus in uulgatis ita: De quartorum
 ludorum anno triplex opinio est. Antias enim & Varro, & Liuius relatos esse
 prodiderunt L. Marcio Censorino, M. Manlio consulibus post Romam con-
 ditam anno DCV, at Piso Censorius, & Cn. Gellius, & Cassius Hemina, qui
 illo tempore uiuebat, post annum factos tertium affirmant Cn. Cornelio Len-
 tulo, L. Mummiō Achaico cos. id est DC anno III. In Xvuirorum autem
 commentarijs notantur sub annis DCXXIX Aemilio Lepido, & L. Aurelio
 Oreste cos. Hic Robortellus numerum anni DCV non mutat, cum tamen ad-
 calculos suos, id est Capitolinos, is annus sit DCIV. alterum DCIII mutat
 in DCVIII tertium corrumpit. nam pro DCXXIX reponit DCXXVII
 nec uidet, si Marcius, & Manilius anno DCV consules fuerunt, Lentu-
 lus uero, & Mummius anno DCVIII, Lepidum & Orestem necessa-
 rio futuros anno DCXXIX. Itaque aut priores numeri erant mutandi, aut
 postremus prudentius corrigendus. Adde quod, uiuebant, non uiuebat, fuit
 ab eo corrigendum. nam & Piso Censorius, qui Frugi dictus est, eo tempore
 uixit; siquidem paullo post consulatum, & censuram, unde Censorius dictus
 est, coepit. quid locus est a me pluribus in fastorum commentario perpurga-
 tus. Est etiam alter Censorini locus eodem capite positus, quem ille corrigit
 capite X. Verba uulgo ita leguntur: Testis est Piso, in cuius annali septimo
 sic scriptum est. Roma condita anno DVII saeculum accipit his consulibus,
 qui proximi sunt consules M. Aemilius M. F. Lepidus. C. Popilius II. ab-
 sens. Ille ita emendat. Roma condita anno DXXI saeculum accipit his con-
 sulibus, qui proximi consules sunt, M. Aemilius M. F. M. N. Lepidus, M. Po-
 blicius L. F. L. N. Malleolus. quod tandem hoc portentum est Robortelle?
 Vnde annum DXXI, & remotissimos consules M. Aemilium Lepidum, & M.
 Poblicium Malleolū extraxisti? an ignorabas in fastis Capitolinis anno DXCV
 M. Aemilium M. F. Lepidum, & C. Popillium P. F. Laenatem II. atque
 eos a Pifone esse intellectos? Potuit enim ille eos proximos consules uocare,
 quippe qui tribunus pl. fuit Marcio, & Manilio cos. anno uel DCI, ut Liuius,
 uel DCIIII, ut fasti, uel DCV, ut Plinius, & Cicero existimarunt. Ma-
 nilius uero & Popillius consulatum decennio ante gesserunt. at quomodo sae-
 culum accēpisse Romam proximis consulibus dici potuit, ijs, qui anno DXXI
 fuissent?

Lustrum

Robortellus
Robortellus

Lustrum V. VI. VII. ab urbe condita unde confirmatum.



» VSTRVM quintum ego conieci in consulatum P. Valerij
 » Poplicolae consulis I I, & T. Lucretij in fastis Capitolinis. Re-
 » prehendit id factum Robortellus. hoc modo: Liuius nullum de
 » lustrum uerbum facit. Dionysius censum actum prodit, lustrum non
 » meminit. ergo imperite Sigonius, qui lustrum notauit, cum
 » censum deberet. neque enim efficitur, ut, quia census actus est, lu-
 » strum etiam factum sit. ut Liuius lib. I I I. Census actus eo anno. lustrum
 » propter Capitolium captum, consulem occisum; condi religiosum erat. Egre-
 » gie Robortellus, & docte. Nunc quaero ab eo, an legerit in fragmentis Capi-
 » tolinis anno CCLXXIX ab. V. C. lustrum VIII factum esse? legit enim si-
 » ne dubio. Si ergo illo anno lustrum octauum factum est, perquirenda sunt se-
 » ptem superiora, quibus annis condita sint. Ac Ser. quidem Tullium regem,
 » qui lustrum instituit, quater lustrum fecisse scribit Valerius lib. I I I. Super-
 » bum regem nullum censum fecisse, (erat autem lustrum censendi populi finis)
 » tradit Dionysius. Ergo ab anno CCXLV, quo primi consules inierunt teste
 » Dionysio, usque ad annum CCLXXX tria lustra condita sunt. Cum ergo Dio-
 » nysius auctor sit, anno CCXLVI, & CCLVI, & CCLXI censum actum esse,
 » lustrum uero neque ipse, neque alius quisquam meminert, non ne necessario intel-
 » ligendum est, Dionysium pro censu lustrum etiam accepisse? Nam Diony-
 » sius numquam lustrum nominauit; semper autem censum, cum alij lustrum.
 » Etenim & octauum lustrum, cuius fasti meminerunt, & decimum, & deci-
 » mum octauum, quorum Liuius, ille *τιμων*. i. censum libro primo, & sexto uo-
 » cauit. Huc adde Eusebium in temporibus, qui & haec lustra, & alia omnia,
 » quorum meminerit, census appellauit. quem nisi tu, quamquam aliqua ex
 » parte mendosum, contempsisses, haud profecto in hunc errorem incurrisses.
 » Nam quod me quodam in loco Eusebij, quem deprauatum dicis, studiosum
 » esse opponis, sic habeto, maluisse me semper Eusebij tempora etiam deprau-
 » uata aliquo cum iudicio obseruare, quam, ut tu, Liuiana integerrima sine ul-
 » lo iudicio deprauare. Si ergo ad octauum lustrum peruenire non possumus, si
 » tria haec lustra, quos Dionysius, & Eusebius graeci scriptores census uoca-
 » runt, praetereamus, quid ais acutissime Robortelle, aut cur hoc unum ex
 » praeclaris illis tuis Patauinis castigationibus, quod mihi in maledictis objice-
 » res, elegisti? doce quomodo Dionysius, quomodo Eusebius lustrum uocem
 » graeca uoce expresserint. doce quo anno lustrum V, VI, & VII factum sit,
 » si eos annos, in quos ego illa conieci, non probas. nisi hoc facias, animaduer-
 » siones illas, quas iactas, tuas inanes ac commentitias fuisse existimabo, cum hae,
 » quas ut ex omnibus maxime excellentes legisti, uix aniculae lucubratione ui-
 » deantur dignae. Neque enim umquam in fastis Capitolinis census, sed sem-
 » per lustrum notatum est. Sed si me audies, nullum in posterum de lustrum, nul-
 » lum de ludis, nullum de numerandis annis uerbum facies.

AD. EPI-

*Mea in Liuiana annorum summa constituenda opinio defensa. Et
ut ille sine causa in ea re me inhumanitatis arguerit.*



VM haec haecenus scripſiſſem, perlata eſt ad me epiſto-
la quaedam ab Henrico Glareano, uiro eruditifſimo,
ut index praeferebat, ad Ioannem Heruagium iam an-
te biennium miſſa: in qua ille queritur, ſe a me inhumani-
us, quam ſumma ſua erga T. Liuium ferrent merita, in
ſuis refellendis ſententijs, in meis Liuianis ſcholijs eſſe
tractatum. ceterum non diſſimulat, me, quibus in rebus
a ſuo diſſenſerim iudicio, non iniuſte admodum diſſenſiſſe, ſeq. ſi ad corrigenda
antiquitate ea Graecorum librorum, quibus ego hoc feliciori ſaeculo
abundauim, ſibi quondam ſubſidia ſuppetiſſent, non minora fuiſſe facile prae-
ſtiturum. unum eſſe, in quo me ſecum diſcrepantem eſſe moleſte audiat, quod
ipſe ſummam annorum Liuianam a ſe collectam non approbarim. Quare,
quamquam ego hanc epiſtolam intelligo Glareano ipſo inſciente diuulgatam
fuiſſe, tamen, quoniam ea ſtudioſe a multis legitur, & ſingulari Glareani au-
ctoritate, acerrimum quaſi telum quoddam aduerſus me ab inuidis meis, quo-
rum impulſu edita eſt, eſſe exiſtimatur, faciendum mihi eſſe ſtatui, ut ei hoc
loco reſponderem, quam planiſſime, & quam leniſſime poſſem, non, ut Gla-
reanum oppugnarem, ſed ut ſententiam meam contra tanti uiri opes in Liui-
ana antiquitate tractanda munirem. Me igitur illud ſollicitum in primis habet,
quod, quem ſtudiorum communione, atque earundem quaſi cogitationum
ſocietate mihi maxime deuinxiffe arbitrabar, eundem a me uel eo ipſo nomi-
ne abalienatum eſſe intelligo. perinde enim ille me ſecum diſſenſiſſe conque-
ritur, quaſi ea harum litterarum, ſtudiorumq. ratio ſit, ut, qui ſecundo loco ad
ſcribendum ſe contulerit, is ab illis, qui ante ſe ſcripſerint, diſſidere aut ulla ra-
tione non debeat, aut certe ſine aliena offenſione non poſſit; aut, cum Gla-
reanus ipſe Sabellici, Vallae, Rhenani, Haloandri iudicium, auctoritatem-
que contempſerit; Sigonium omnes Glareani ſententias approbare; nulla e-
ius decreta reſpuere in Liuiana historia conſtituenda decuerit. Quod ipſum
tamen a me modeſtiſſime eſſe factum illud; argumento eſt, uel quod ſaepe
cum eo ita ſenſi, ut eum laudarem; uel ita diſſenſi, ut non uituperarim. Itaq.
cur eo me ille nomine tam uehementer accuſet, ſatis mirari non poſſum. age
enim. Polybij ille, Dionyſij, Dionis, Appiani, aliorumq. Graecorum aucto-
rum inopia uitioſos ſaepe ſe Liuij locos non poſſe ex ſententia reſtituere que-
rebatur. cur ego, qui libros illos legi, anxias illius dubitationes eximere, ac
melioribus quaſi auſpicijs, quod ille aſſequi ſe poſſe negauit, praefare non de-
bui? memoria praeterea ille nutante multis in locis titubare, atque haefitare
uidebatur; num ego iccirco ueteribus annalium monumentis memoria repeti-
tis, ſcrupulum, quem ille nobis iniecerat, euellere ex animo ſtudioſae iuuen-
tutis non debui? Nominum denique Romanorum rationem difficiliſſimam ille,
atque

atque impeditissimam esse sibi persuaserat, scilicet, quod ea ipse adiuuere,
 quae sunt ad hanc quaestionem tractandam accommodata, desideraret; an
 propterea ego, qui lapides Capitolinos, quibus in hoc genere nihil esse me-
 lius potest, suppleui, in tanta re constituenda eos praeterire, aut abijcere de-
 bui? At, inquit, ille: Clamat Sigonius, me non legisse Stephanum, non legis-
 se Priscianum. quem ego conijcio me legisse, antequam ille nasceretur. po-
 tuisset, si quid pudoris in eo esset, modeste dicere, Glareanus non animad-
 uertit, quod apud Priscianum est, uel quod Stephanus scribit. quod equidem
 moleste non tulissem. nihil enim offendor candida admonitione. Cui ego re-
 spondeo, Fieri quidem potuisse, ut ille, si uere, ut audio, annos iam octogin-
 ta natus est, Priscianum, & ceteros, multo ante, quam ego in hanc lucem pro-
 direm, perlegerit, at tum cum illa scribebat, locum tamen memoria non te-
 nuerit. me uero, cum ad eius contumeliam nihil, ad studiosorum utilitatem
 omnia compararem, inter hanc, atque illam dicendi formam non multum in-
 teresse existimasse. Sed quoniam, quae scripsi, ea ne ulla quidem in parte
 ab eo reprehendi animaduerti, reliqua omittam omnia, ad illud tantum, in
 quo ipse se mecum discordare ait, accedam; non ut probabilem summo iudi-
 cio praediti uiri coniecturam euertam, sed ut meam sententiam contra tanti,
 ut dixi, uiri auctoritatem defendam. uerba eius haec sunt: Risi maxime, cum
 mecum uelut exoptulat, quando quidem Chronologiam ad Liuianam histo-
 riam, atque adeo Romanam illustrandam desumpsisse me dixerim, cur duos
 annos post CCLXIII ab urbe condita non omiserim. quos Liuius consulto,
 ut asserit Sigonius, praetermisit. ad hoc ego ingenue, ut res est, dico. cum ui-
 derem librariorum uitio annum CCXLVIII ab V. C. temere omissum, quod
 & Sigonius fatetur, putabam & hosce eodem modo incuria temporum prae-
 termissos, & adhuc sum in ea opinione. Nunc demum intelligo Robortelle,
 quid sit, quod & hos tu consules librariorum uitio, non Liuij consilio esse prae-
 teritos affirmaris. scilicet Glareanum auctorem securus es, cuius etiam epi-
 stolam hanc te dicere audio, ad te potissimum esse ex Germania ab Heruagio
 missam. Itaque iam nunc mirari desino, unde tua ista repentina sapientia nata
 sit, qui per te aliquid aliquando dixeris. Qua de re etsi satis multa supra dixi,
 cum in te disputauim, non omittam tamen, quin aliquid hoc etiam loco adiuu-
 gam, ut hanc potissimum tibi huius epistolae auctori gratiam referam. Quid
 igitur inquit Robortellus, aut is, quem ipse sequitur, Glareanus? Post Sem-
 pronium, & Minucium consules in Chronologia Liuiana bini consules debent
 poni, Sulpicius cum Larcio, & cum Pinario, Iulius. cur? quia Dionysius eos
 consules apponit. Hic ego dico annos Liuianos ex Liuiio, non ex Dionysio ef-
 se colligendos, apud Liuium autem nullam eorum consulum mentionem fie-
 ri. respondent, eos imprudentibus librarijs e Liuianis annalibus excidisse. un-
 de autem hoc colligant, nihil afferunt. non enim librorum scriptorum aucto-
 ritatem opponunt, non loci alterius firmamento nituntur. immo potius hoc
 posito Liuiio aduersantur. Etenim Glareanus his duobus interiectis annis cogi-
 tur decemuiros consulares in annum trecentimum tertium conferre, tribu-
 nos militares in annum trecentimum undecimum. cum tamen Liuius diser-

te illos inisse dicat anno trecentesimo altero, hos anno trecentesimo decimo . ex quo fit , ut alter sit tertius , & decimus sit undecimus . quo incommodo cum ipse se urgeri uideat, addit, de uno anno se cum nemine certaturum. neque intelligit hunc annum esse illum, quem mihi proposui inueniendum, ne Liuiana annorum descriptio titubaret . Robortellus autem ne hoc incommodo premeretur, primos consules inisse dixit anno ab v. c. CCXLIII, nec animaduertit Liuium, & Dionysium aperte, ut supra ostendi, scripsisse consules primos inisse anno CCXLV. quod etiam recte docuit Glareanus, a quo miror Robortellum ausum fuisse recedere . Vterque autem hac opinione in eum scopulum incidit, quod, cum dicat Liuius tribunos plebis decem creatos esse Q. Minucio, C. Horatio cos. anno tricesimo sexto post primos quinque, qui creati sunt, A. Virginio, T. Vetusio consulibus; anno CCLX, coguntur aduersus omnium librorum auctoritatem ex coniectura corrigere, tricesimo octauo . Cum igitur illi nulla ratione adducti hoc faciant, ego eorum sententiam approbabo? non hercule . quid enim roboris habet hoc argumentum? Hos consules edit Dionysius, ergo apud Liuium reponendi sunt . Primum enim quaero . an hoc nouum esse existimas, duos consulatus ab uno scriptore praeteriri, qui ab altero numerentur? non certe . Hoc enim etiam a Pisone factum testatur Liu. lib. IX, his uerbis: Hos consules Piso Q. Fabio, & P. Decio suggerit, biennio exempto, quo Claudium, Volumniumq. & Corneliium cum Marcio consules factos tradidimus . memoria ne fugerit in annalibus digerendis, an consulto binos consules falsos ratus transcendat, incertum est . Atque idem etiam indicant Diodori annales, qui, si cum alijs comparentur, multos saepe prodere cōsulatus, quos alij trāscendāt; multos praeterire, quos alij profiteantur, inuenientur . declarat denique Cassiodorus, quem apparet; quos consulatus praeterit, non librorum culpa, sed de industria praetermittere . nimirum, quod talem annorum seriem ij annales, unde suos ipse consulatum fastos compilauit, ediderint . Si ergo fieri potest, ut binos consules, quos Dionysius profitetur, Liuius praeterierit, uestigemus nunc ex uerbis ipsius Liuij; utrum librorum, an Liuij culpa praeteritos eos esse probandum sit . Ac primum quidem illud satis liquet; ex sequentibus Liuianis annorum numeris, Liuium horum duorum annorum rationem non habuisse, cum Q. Minucio, C. Horatio cos. ut dixi, tribunos pl. decem factos dicat, anno tricesimo sexto post primos, qui facti sunt A. Virginio, T. Vetusio cos. anno CCLX. praeterea, quod idem Xuiros inisse scribat anno altero & trecentesimo ab urbe condita; qui est, ut ego ostendi, trecentesimus primus . Ne mireris autem; Xuiros in annum CCCII conijci; cum in fastis Capitolinis in CCCII incurrant, sic habeto, Orosium eos in CCC contulisse, cum dixit: Ipso trecentesimo anno, hoc est olympiade nonagesima quinta potestas consulum xuiris tradita est; Dionysium autem, ut recte subduxit Glareanus, in trecentesimum tertium . Adde etiam Cassiodorum, quem satis constat & hos cōsules consulto praeteriisse, atque ex Liuiana historia fastos suos consulares concinnasse . Nam nisi Cassiodorum sequaris, numquam Liuianos ipsos numeros omnes incolumes conseruabis . . Ex his satis perspici

perspici consiliū Liuij potest. nunc uideamus, an ulla ratione fieri potuerit, ut libriorum culpa horum consulū nomina interierint. & locus ne sit apud Liuium ullus, ubi reponi illi consules ex ingenio possint. Primum igitur dico, mirabile uideri, nuda nomina binorum deinceps consulum ex historia; reliqua manente sententia, excidisse; deinde addo, nihil ex eius historia desiderari; quaeque. Dionysius in quattuor annos distribuit; ea in duos Liuium contulisse; tum uero illud etiam adiungo, in hac historia narranda non omnino Dionysium cum Liuiio consentire. unde probabile coniectura sit, etiam in annis suppleendis, & eximendis inter eos controuersiam esse. Exponam primum res per consulatus ex Dionysij sententia gestas, deinde ex Liuij.

An. CCLXIII. Sempronio, & Minucio consulibus.

In summa annonae caritate frumentum aduehitur. Coriolanus auctor est, ne plebi diuidatur. plebs ira accensa Coriolanum multat exsilio.

Anno CCLXIII. Sulpicio, & Larcio cos.

Portenta, pestilentia narrantur. T. Latinius e plebe homo in senatum delatus somnium de instaurandis ludis exponit.

Anno CCLXV. Iulio, & Pinario cos.

Coriolanus exsul Attium Tullum in Volscis adit. arma capienda persuadet. Legati Volscorum Romam de bello mittuntur. Bellum a Volscis decernitur. Attius, & Coriolanus duces leguntur. Coriolanus facta in fines Romanos impressione Circeios Romanam coloniam capit, Romae omnia ad bellum comparantur. Sed ante exit annus, quam in aciem exercitus adducatur.

Anno CCLXVI. Furio, & Nautio cos.

Aequi ad Volscos deficiunt. Coriolanus agrum R. populatur. Tolerinos, Bolanos, Lauicanos, Pedanos, Corbionem, Bouillas, Pedum in potestatem redigit. Romam propius accedit. Legatis, qui de pace missi erant, reuersis uxor demum cum matre mittuntur. Hoc modo Dionysius, Liuius autem hoc.


Anno CCLXIII. Minucio, & Sempronio cos.

Frumentum aduectum ne plebi diuidatur, contendit Coriolanus, atque a plebe in exsilium agitur. Is in Volscos abiens parat bellum. Latinius in senatum delatus somnium de ludis instaurandis exponit. Volsci, qui ad ludos uenerant, arte Attij Tulli, urbe eiiciuntur. ea contumelia accepta Tulli consilio bellum indicitur. Coriolanus dux belli lectus Circeios, Satricum, Longulam, Poluscum, Coriolos, Lauinium, Corbionem, Pedum inuadit, inde agrum Romanum populatur.

Anno CCLXIII. Furio, & Nautio cos.

In summa ciuitatis trepidatione urbs custoditur. legati de pace ad Coriolanum primum, deinde cum uxore mater mittuntur. Ex his apparet, uariari inter hos auctores in causa belli aperienda. nihil enim Dionysius ait de contumelia Volscis Romae illata, tum cum urbe eieci sunt, nihil de ludis instauratis. Liuium autem ita rem cum re continuare uidemus, ut ne suspicari quidem possimus, nomina ipsa consulum excidisse. exempli gratia, Coriolanum Dionysius uno anno in exsilium actum ait, altero Latinium somnium exposuisse senatui. quas duas res inter se copulat Liuius hoc modo: Damnatus

„ absens in Volscos abiit. Venientem Volsci benigne excepere. Hospitio ute-
 „ batur Attij Tulli. longe is princeps Volsci nominis erat, Romanisq. semper
 „ infestus. Ita cum alterum uetus odium, alterum ira recens stimularet, confi-
 „ lia conferunt de bello Romano. haud facile credebant, plebem suam impelli
 „ posse, ut toties infeliciter tentata arma caperet. arte agendum in exoleto iam
 „ uetustate odio, ut recenti aliqua ira exacerbarentur animi. Ludi ex instaura-
 „ tione Magni parabantur. Instaurandis haec caussa fuerat ludis. inde ut in se-
 „ natum Latinius delatus somnium de instaurandis ludis narrauerit, ut ludi in-
 „ staurati sint, ut Volsci ad ludos uenerint, ut arte Tulli urbe pulsus, ut ad arma
 „ capienda impulsus sint, ut Coriolanus dux electus non Circeios solum, sed reli-
 „ qua etiam opida ceperit, ita continenter narrat, ut locum nullum, quo a-
 „ missos consules restituas, excogitare queas. quid plura? Dionysius in unum
 „ annum captos Circeios ait, in alterum Lauicos, Pedum, & reliqua. at Liuius
 „ ita loquitur, ut uno anno haec omnia gesta uideantur: Circeios profectus, in-
 „ quit, primum colonos, inde Romanos expulit. inde in Latinam uiam transuer-
 „ sis tramitibus transgressus, Satricum, Longulam, Poluscam, & cetera opida
 „ cepit. Adde, quod Dionysius in consulatum Furij, & Nautij expugnationem
 „ horum opidorum conijcit, Liuius urbis tantum trepidationem, & legato-
 „ rum uxorisq. cum matre deprecationem refert. Si ergo uarietas annalium in
 „ rebus gestis dispensandis, & causis exponendis constat, cur non potest etiam
 „ in annis addendis, & omittendis existere? Plutarchus quidem etiam, & Zo-
 „ naras haec eadem omnia ita narrant, ut ea in duos tantum annos Liuium se-
 „ cuti conijcere uideantur. Addit Glareanus: Nullum maius in me habet re-
 „ lum declamandi, quam quod nonnumquam in temporum supputatione uno,
 „ aliquando duobus annis ratio nostra ab eo discrepat, cum Dionysij a Liuij, &
 „ Polybij ratione in totum fere duobus annis distet, quod toties in annotationi-
 „ bus nostris clamo. & in uno anno cum nemine me certaturum ubique profi-
 „ teor. Scilicet Glareanus haec mea uerba telum appellat, quae sunt in epistola:
 „ Quoniam ad Romanam intelligendam historiam nihil tam aptum esse, quam
 „ rectam annorum, temporumq. descriptionem, iudicabam. qua in re dissidentes
 „ inter se ueteres auctores esse comperiebam, dedi etiam operam, ut, quod Gla-
 „ reanus ante me fecit, neq. hac in parte historiae Liuianae deessem. cuius qui-
 „ dem eruditissimi uiri labore facile contentus esse poteram, nisi ab eo in tota
 „ ipsa re dissensissem. Neq. enim Liuium in numerandis ab urbe condita annis
 „ eadem ratione usum, qua ceteros, esse reperiēbam. Qua ille opinione ductus,
 „ dum eorum auctoritatem ad Liuianam Chronologiam conscribendam adhi-
 „ buit, in eam saepe se necessitatem induxit, ut, dum aliorum numeros sequitur,
 „ omnino Liuianos aut negligere, aut immutare coactus fuerit. Quod illi profe-
 „ cto in ea Chronologia committendum non erat, quam ipse se Liuianae prae-
 „ fertim historiae comparare profiteretur. Quibus uerbis me usum esse pro-
 „ fiteor, non, ut ipsum tamquam telo aliquo iugularem, sed ut Liuianorum an-
 „ norum ueritatem indicarem, quae uno, aut duobus illis, de quibus ait, annis
 „ neglectis, nullo modo constare potest. Addit deinde: Tandem Sigonius ad
 „ quattuor annos deuenit, & ut Hercules Antaeum prorsus conficiat, ultima
 „ illa



d

33

P

33

C

33

33

1

10

20

30

40

evolu

uidi

ap

te

f

33

33

33

étiol

ius

ius

nc

o

o

o

o

o

fetius
tes d
quid
Re
cr

”

”

”

d
u
l
l

”

”

”

”

”

”

am

xu

3

t

t

no

ce

ce

ce

ce

ce

ce

tiquitati
tuus iste
tidie o
ciant .

depo
set e
tratu

se uic

dixi

bea

» eni

» hoc

tum

nel

» ri.

» fr

la

fe

im mili-

cenfe-

quid de

ab a-

s, ut

jque

dem

beba

Vir

pu

atur

Vir-

de-

Te-

to

oc

is

2-

cc

cc

cc

cc

amicy Pałstary
Seruby pluski lub mrosy nastassity teby siedlyk nusia
Liana ad nowij. Lata zaisze sprzatai y tam ie boriji
Lupaki porniczi, konopie, Luy, kapusty, a sadzi.

Stawelu ostatek obewai wjuszijje ijelo Spisami Zniesie
Stanawow: Karmierowi do Mtolrzi w kadrywai
Nec luminy popatraci we Dwore, kuchni, Broware, Folwarku.

Prora wjyntowii jrozdai na wies
Pozniz, 25 do Jaruu porcie Szedon, pnie Roy Culant
Lipcowi Lupa wysiac Ford 2 Kuchon obema po tylo


Kuchowe role iereli chasu corobczai puznowai byc me wstato
o Nroie za Mtynkijm pamietai zeby ia, zredlic y prawiec o po
zym gajiac

co kulindu domie reb, uszycij gorasiowai, konopie iereli Lupa
mato miat we swy roli to mu kazai namowic we Dwore y
Stacia dozrenai reby, wias wiggamat i prygamat niencyto
A tamto, stac nad wrela, zablai Lupa, niec sy Paobek spesz
p redonim.

Przy
zem dotad nie miała
na święty Franciszek w Krakowie być
dla woznych dawnych interesów osobliwie dla przy
szereż. sie woi klory bardzo gorem poje musi kie
dy Pan Bóg dopuści powietrze na bydło re ni wato
co wotro wese rostato uduka i y unywie klamine
nie omieprkam kiedyni czas póżwoli a teraz odla
rac sie nieodnie nenne wu Paney afektoroi pje
se zem jest W u u Paney Kocharica

Im u u Panu unirenie Srebre ciolka y niska
Ktancze Ceznikorona zka stuya, T. Rogozi Ma
nia sie do nog wu Panstwa





2492-49